UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Eusebio Presbytero. 10.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

nec à perturbationibus quę hinc manant. Neque enim aliud quicquam eſt præcingi, quàm lumborum vim tanquam vinculis quibuſdam conſtrictam tenere.

Luc. 12. Quid ſit præcingi.

Euſebio Presbytero. 10.

Nihil apud Deum tanto in pretio eſt, quàm charitas: ob quam & homo factus eſt, & ad mortem vſque obediens. Eáque de cauſſa diſcipuli quoque illi, qui primi ab eo vocati ſunt, duo fratres extiterunt. Ex quo ſtatim per ipſa initia ſapientiſſimus ſaluator illud indicauit, ſe diſcipulos omnes ſuos fraterno amore copulari velle. Quæ cùm ita ſint, nihil charitati anteponendum ducamus, quæquidem omnia inter ſe deuincit, atque in vtili concordia conſeruat.

Philip. 2. Matth. 4. Marc. 1.

Ophelio Grammatico. 11.

Si Socrates Atticorum dogmatum author, pulſatus etiã ac verberatus, ab vltione temperauit, quid diſcruciaris, cùm contumeliam duntaxat, vt ſcripſiſti, acceperis? Etenim ſi philoſophicum animum præſtiteris, tu quidem Socratis gloriam referes, etiamſi minus contumelioſè, quàm cum Socrate, tecum actum ſit: contrà autem ille animi tui magnitudine tanquam telo ſauciabitur: aut etiam aliquando à peccandi ſtudioſa mente ac lingua in melius mutabitur; tibíque, vt huiuſce mutationis authori, gratiam habebit.

Non r[illegible] vendam iniuriam.

Ammonio. 12.

Etſi vitium occultas, tamen apparet te animo inflari, atque vltrà quàm & genus, & robur, & dignitas tua ferat, ſuperbire. Quamobrem aut congruentem tibi animum collige, aut ſcito te ab omnibus irrideri.

Lampetio Monacho. 13.

Quo tempore ad ſublimis & excelſæ vitæ montem accedebas, atque abluta veſte ac ſenſibus, ad diuinorum dogmatum auditionem pectus adornabas, terrena-

ἐζῶσθαι, ἢ τὸ δεδέσθαι τὴν ἰσχὺν τῆς ὀσφύος.

Εὐσεβίῳ πρεσβυτέρῳ. ι.

Οὐδὲν οὕτως θεῷ περισπούδαστον, ὡς ἀγάπη, δι' ἣν καὶ ἄνθρωπος γέγονε, καὶ μέχρι θανάτου ὑπήκοος. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ἡ πρώτη κλῆσις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, ἀδελφοὶ δύο γεγόνασιν, ἐνδειξαμένου διὰ τῶν προοιμίων εὐθὺς τοῦ πανσόφου σωτῆρος, ὅτι πάντας τοὺς μαθητὰς αὐτοῦ ἀδελφικῶς συνάπτεσθαι βούλεται. ἀγάπης τοίνυν μηδὲν ἡγώμεθα προτιμότερον, ἥπερ συνδεῖ πάντα, καὶ ἐν ὁμονοίᾳ συμφερούσῃ φυλάττει.

Ὠφελίῳ γραμματικῷ. ια.

Εἰ Σωκράτης ὁ τῶν ἀττικῶν δογμάτων νομοθέτης, καὶ τυπτηθεὶς οὐκ ἠμύνατο, αὐτός τι ἀλύεις μόνον ὑβρισθεὶς, ὡς γέγραφας. εἰ γὰρ φιλοσοφήσειας, αὐτὸς μὲν τὴν Σωκράτους δόξαν ἀποίσῃ, εἰ καὶ ἧττον Σωκράτους πεπαρῴνησαι· ὁ δὲ ἐξ ἐναντίας, ὡς βέλει τῇ μεγαλοψυχίᾳ τρωθήσεται, ἢ καὶ ἔσθ' ὅτε τῆς φιλαμαρτήμονος μεταβληθήσεται, καὶ γνώμης καὶ γλώσσης καὶ χάριν σοι εἴσεται ὡς αἰτίῳ τῆς ἀλλοιώσεως.

Ἀμμωνίῳ ιβ.

Εἰ καὶ κρύπτεις τὸ ἥττημα, ἀλλὰ φαίνῃ φυσώμενος, πέρα καὶ τοῦ γένους, καὶ τῆς ἰσχύος, καὶ τῆς ἀξίας σου φρυαττόμενος. ἢ τοίνυν σύμμετρον σαυτῷ κτῆσαι φρόνημα, ἢ ἴσθι παρὰ πάντων γελώμενος.

Λαμπετίῳ μοναχῷ. ιγ.

Ὅτε τῷ ὄρει τῆς ὑψηλῆς πολιτείας προσέβαινες, καὶ πλυνάμενος ἐσθῆτα, καὶ αἴσθησιν, πρὸς τὴν ἀκοὴν τῶν θείων δογμάτων τὴν καρδίαν ηὐτρέπιζες